

B. 209.

20
21

ORATIONEM! HOFFMANNIANAM

A. D. VI DECEMBER.

HORA IX. ANTEMERIDIANA

HABITURUS

SENATUM AMPLISSIMUM ET GRAUSSIMUM

MINISTERIUM PLURIMUM VENERANDUM,

COLLEGAS CLARISSIMOS

AC

OMNES GYMNASII FAUTORES

OBSERUANTISSIME INVITAT

M. AUG. FRID. WILH. RUDOLPH

GYMN. DIR.

Part. XVI.

ZITTAVIA TYPIS FRANKII.

МОСКОВСКОЕ
ГЛАВНОЕ МИМОГИЧЕСКОЕ
УЧИЛИЩЕ
ПОД ПРИКАЗОМ
СОВЕТА ПОЛКОВЫХ ГЕНЕРАЛ-ЛЕЙТЕНТОВ
СОСТАВЛЕНО
СОВОЮРСКИМ ЧИТАТЕЛЕМ
СЕБОЮ РУССКОГО СУАМ

De linguarum antiquarum studio.

Nec ad philosophicum nec ad historicum usum illa lingua antiquis aptior apparet; nulla nec ad iudicandum nec ad quaerendum plus adfert adiumenti. Non repetam, quæ de studii pluribus et discrepantibus linguis impensis fructu supra sunt disputata, sed ea ad delectum linguarum habendum nunc transferam. Quos autem fructus maxime necessarios docto homini, et maxime proprios linguarum studio esse vidimus, ii fructus ex antiquis linguis imprimis percipiuntur. Discimus huic studio intenti, non e verbis magistri cuiusdam, sed ipso sensu et usu nostro, cogitationem et notionem *n rebus et negotiis ipsis secerere*; et quo longius lingua distenda a nota nobis discrepat, eo magis et euidentius nos *hac in re adiuuat*. Iam vero recentiorum linguarum nimia est inter se consensio et congruentia. Omnes ad veteres lingua partim cultæ partim corruptæ sunt. Aequalibus nostris, quorum lingua discere solemus, eadem est religio, ac haud absimilis ciuitatum forma; sunt idem fere mores, eadem fere instituta, denique cultura est æquabilis, ac *mutuo adiutorio proœcta*; in rerum autem discrepantium conciliatione discendo et imitando elaborant. Quantam vim hæc habeant ad cogitationis in lingua expressæ similitudinem et congruentiam, neminem peritorum fugit. Longe aliter hæc in antiquis linguis se habent. Alia fuit religio, alia philosophia, eaque nec Mosaicae nec Christianæ religionis decretis temperata; alii fuisse mores, alia ciuitatum formæ, alias ordinum et dignitatum in re publica habitus et respectus mutuus; alia priuata vita fuit, alia publica; aliter res domi militiæque gesserunt, quid? quod earundem rerum, quas ipsi adhuc sentimus et oculis nostris usurpamus, varia et discrepans fuit in mente notitia et descriptio. His autem causis linguarum antiquarum a nostris linguis discrepantia continetur; cui accedit etiam hoc, quod, quum antiqui naturæ quasi propiores essent, ac naturae contemplatione

magis quam librorum lectione proficerent, omnis eorum sermo et cogitatio multo simplicior ac naturæ conuenientior reperitur. Cuius igitur interest, mentem habere ita cultam, ut cogitationis modum ab ipsa re certo et facile discernat, is linguis antiquas discat, in eorumque studio, quoad potest, progrederiatur necesse est. Hac enim via eo perueniet, ne rigida mente vnum cogitationis typum firmiter teneat antiquiora vero pariter ac recentiora repellat; ut potius, quidquid proferatur, aut quod incidat ipsis, libera mente persequi et examinare queat.

Deinde omnis eruditio e Græcis Latinisque scriptis profecta est, et quamquam incredibili modo aucta et immutata sunt, quae ab antiquis accepimus, tamen a Græcorum Romanorumque principiis omnis inquisitio et disputatio profecta est. Ut igitur nostræ scientiæ rationes et causas intelligamus, et videamus, qui factum sit, ut hoc potissimum dicatur et statuatur, ut hæc potissimum rationes, quæ afferuntur et probantur, assensum extorqueant; historicæ luce illustrata mens esse debet, et antiquarum notionum et rerum scientia pollere, ut præsentia non dicam recte iudicet, sed recte intelligat. Luce clarius id appareret, si tot Garuios haberemus, quot poëtarum explanatores; si in cogitationum origine et mutatione inuestiganda totidem, atque in dictiōnis poëtice origine et imitatione elaborarent. In hac autem quærendi et inuestigandi opera, quæ assensionem et iudicium antecedere debet, quæ tandem poterit esse non modo certa ratio, sed ratio omnino, nisi eas linguas calleamus, unde originem repetere debemus; si repugnantibus eorum, qui ex antiquitate aliquid afferunt, sententiis mancipati sumus, et sine examine accipere debemus, quæ alii dixerunt. Qualem ita futuram putabimus scientiam historicam, quum satis constet, quo longius ea a primo fonte diducatur, eo magis eam immutari et corrumpi. Nam nemo est, qui rebus perceptis sive sciens sive imprudens haud addat suam cogitationem suaequa orationis fucum. Qui igitur recentiores linguas non callet, is non satis potest de iis accessionibus scientiæ judicare, quæ in his natæ et effectæ sunt; sed qui antiquas ignorat, eo lumine caret, quod ipsa fundamenta et bonam aedifici partem illustrat. Quantas turbas dederunt notiones Substantiæ, Entis per se et per accidens; quam obscura est de his philosophorum disputatio. Sed plana fiunt omnia, simulac Aristotelem, ex quo hæc sensim sunt detorta, vel solam linguam Græcam consulimus. Similis ratio est reliquarum notionum grauissimarum, velut mentis, officii, honestatis, liber-

tatis

tatis, iuris, veritatis, aliarumque permultarum; ut, qui recentiores linguis aliquoties in vita ad dicendum aut scribendum adhibent, in antiquis linguis, etiam si nullum auctorem euoluant, quotidie ut possint, si quo tempore etatis in veterum temporum habitum legendo se insinuarunt.

Denique prudens illa et circumspecta dubitatio, quae eo ducit, ut suo stare iudicio quisque doctorum possit, non poterit esse in eo, qui linguas veteres haud didicerit. Studium enim querendi et explorandi saepe nos ad veteres auctores et primam originem non reducit, sed retrahit. Frustra autem siue ducet siue trahet eum, qui aut non potest legere istos auctores, aut sine summo labore et magno errandi periculo non potest.

Quare non possum, quin statuam, antiquarum literarum studia, etsi forte minus ad augendam scientiam faciant, ad iudicandum tamen et ad certam iudicii rationem esse necessaria. Quod si vere dicitur, dubium esse non potest, quin ad docti hominis studia pertineant, atque in scholis agitanda sint.

Sed quis terminus maturitatis? Nemo mihi vere matus videtur, qui nondum potest lingua vetere sola, ac patria haud interueniente, cogitare; etenim enim praceptoris correctione et catechetica institutione carere non potest, nisi forte eo sit ingenio, ut facile videatur omni praceptore carere potuisse. At nimium postulas, et ea, quae pauci assequuntur! Non queritur, quid assequi soleant homines, sed quid debeant. Hac lege illud non videbitur nimium. Etenim, qui auctoris mentem non ante percipit, quam vim verborum vertendo infregerit, qui, quidquid dicturus aut scripturus est, vernaculis verbis ante concipit idque tandem peregrino sermone imitatur et profert, ei nec ad intelligendum sermonis facultas prodest, nec ad cogitandum. Ad intelligendum inutilis illa facultas; nam, ut recte et apte vertamus, vim peregrinorum vocabulorum bene tenere et estimare debemus, ut eam, quoad fieri potest, in altera lingua imitemur et reddamus. Intelligentia igitur antecedere versionem debet, non consequi. Quae igitur mens ad sensum auctoris coecutit, donec lux vernaculi sermonis decolorans admota fuerit, ea in mente intelligentia vera locum habere.

non

non potest. Ad cogitandum nil confert illa facultas. Nam ita cogitantes adiuuat peregrini sermonis peritia, si unius sermonis vinculis mentem liberavit, et ad certam notionis reique distinctionem formauit. Ab hac autem virtute et libertate longissime abest, qui unum intelligit, quod patro sermone aut datum est, aut redditum.

Quamquam autem haec facultas cogitandi multis gradibus distinguatur, et indies augeri proprio studio possit: primum tamen gradum, in quo illud posse simpliciter possum est, in scholis descendere discentes debent. Etenim qua via ad hanc facultatem alumni perueniunt, in ea via soli incedere non possunt. Vertendo enim e peregrina lingua in nostram, et e nostra in peregrinam, et correctione, et explicatione, ista facultas comparatur, quod certe sine praceptoris praesentis et colloquentis voce fieri non potest. Ipse alumnus mentem et manus admoveare operi debet, ipse pericula facere; sed debet quoque audire e praceptore, quem suus labor successum habuerit, quid probandum sit, quid improbandum, quid agendum, ut vitia euitentur. Quodsi ipsam rei rationem rectam acceperunt, si didicerunt, quo potissimum mens aduertenda sit: poterunt et debebunt attenta et perita auctorum lectione proficere, ut discant non cogitare sermonis peregrini ope, sed plura cogitare et melius.

Quo genere institutionis videntur sit, et quibus rebus efficiendum, ut alumni hanc facultatem consequantur, iam non dispuo; neque enim scholas instruo, sed fines earum regere conor. Sed quae linguae in scholis ita tractandas sint, querendum est.

Latinam, quae aditum nobis aperit, non modo ad auctores Latinos veteres, verum etiam ad permulta in omni genere eruditionis Italorum, Francogallorum, Anglorum, Germanorum aliquorumque hominum scripta, paucis iam attingo. Hanc enim omni generi doctorum necessariam esse, nemo negare potest, qui docti hominis munus et officium quale sit, et quam facultatem posset, intellexit; quodsi discenda est, in scholis literariis descendam esse, communibus argumentis supra P, xv, p. 18. iam effectum est.

Graecam

Græcam linguam ad omne genus eruditorum pertinere, aliqui negant, multi nolunt. Imperite utrumque. Etenim sine Græcæ lingua peritia ne Latina quidem recte disci et intelligi potest, quum Romani ad eam contra propriam suæ linguae indolem non modo vocabula construxerint, sed etiam vocabulorum vim et potestatem composuerint; sine Græcæ lingua scientia, multa, quæ Germanis scriptis, voculis Græcis passim ridicule distinctis, continentur, intelligi non possunt; sine hac scientia philosophia subtilioris studium, quod a dili gente historiæ cognitione profici sci debet, aut nullum est, aut admodum fallax et lubricum; sine hac facultate præstantissimorum poëtarum, historicorum, oratorum, philosophorum scripta abdita nobis et occlusa sunt; sine ea fons decretorum nostræ religionis obrutus est Theologo; quidni etiam Iuris consulto et Medico grauissimarum rerum curioso? sine ea Iuris peritus fonte caret Antiquitatum Romanarum uberrimo, et ad legum interpretationem subsidio optatissimo, quod peritissimo cuique Græca legum exemplaria præbent; ut magnum in omni genere literarum Græcorum vocabulorum numerum, et ipsius lingue libertatem, ornatum et elegantiam omittam. Itaque non querendum est, cur Græca lingua discatur, sed cur non discatur; et qui abhorret ab ea, aliosque ab ea abducit, is imperitiam ostendit, et non doctos informat, sed operæ rationem operarios docet.


Ebraæam denique linguam plures rationibus speciosis additis exulare e scholis iubent. Sunt, qui ne religionis quidem doctori huius lingue facultatem necessariam putent; quos iam nihil moror, unum illud miratus, qui fiat, vt, quum omnes ad cogitationis solertiam et iudicandi grauitatem extentur, religionis doctorem eo adiumento priuent, quod cum maxime necessarium est, ad rem grauissimi momenti, ad iudicandam Patriarchalis et Mosaicæ religionis indolem, eiusque ad Christianam respectum. Sed sunt etiam, qui, etsi discordam putent linguam Ebraæam, eam tamen e scholis publicis expellant, et priuatissimis scholarum aut adeo academicis lectionibus reseruent. Verum tamen hoc consilium et idoneis rationibus destitutum, et theologicæ scientiæ inimicissimum est. Adulos theologos hoc studium pertinent, inquiunt; in scholis autem communia sola tractanda. Hoc quam incertum sit et fallax supra (P. xii. p. 4 sq.) démonstratum est; sed ne illud quidem verum. Non ad Theologum solum hoc studium pertinet, sed etiam ad histori cum, ad philosophum, quid? quod ad doctum omnino. Nam si eo plura ad colendum

colendum docti hominis intellectum et iudicium linguae conferunt, quo longius a se inuicem dissident; si discrepantem notionum informationem et eam quidem antiquissimam didicisse, non modo vtile, sed ad nonnullas questiones etiam necessarium est; parum nobis constamus, si orientales linguas adeo ab occidentibus discrepantes ei generi, cui plurimum profunduntur vnicet prodesse et descendat esse statuamus. Itaque veniam dandam puto humane imbecillitati et angustioribus quasi ingeniis, quia res publica multis indiget, qui operam praesentent; sed non ita statuendum, ut ingenia capaciora studium perutile deserant. Theologicis studiis autem inimicissimum dixi illud consilium, quia, siue in academiam siue in priuatissimas scholas Hebrae lingua concludatur, studiosi ab ea tali modo retuocantur. E publicis lectionibus academicis nemo facile hanc linguam adeo a notis linguis discrepantem discet; quot autem eorum, qui Theologiae operam dant, siue mercedem siue honorarium facile soluere possunt Ad T heologiam pauperrimi conuertere se solent; quos etsi animus impellat, tamen rei familiaris angustia a studiis sumptuosis retinet, ac eo retinet efficacius, quo magis seculi inclinatio ipsum animum frangit,

Quid igitur? Num in his linguis omnibus eundem terminum maturitatis ponis, cogitationem uno cuiusque linguae auxilio? Ita est, Rideo te! Immo refutes. At fieri non potest! Noli conqueri. Fieri olim potuit. Currandum est, ut possit etiamnum.

Cæterum non est, cur invitationem, quam inscriptio præ se fert, repeatam; Iis autem, qui precibus meis concederint, et orationem meam, de lyrica poësos apud Veteres vi et natura, benevolē audierint, gratissimo animo obstrictum me futurum, spondeo.

P. P. Dom. II. Adv. MDCCIII.



ULB Halle
012 160 943

3

Leben ist es der Menschen ein Bedürfnis nach dem
erhabendsten Gute für die menschheit. Dieser Mensch kann nicht
leben, wenn er sich nicht dem Menschen und Gott,
und Gott dem Menschen nicht entspricht. So der Körper muss gesund
sein, um nicht zu sterben. So auch Geist und Seele
gesund sein; dann kann Wohlstand erreicht werden, und die
menschliche Anstrengung wird leicht gemacht. Durch Gott kann
Gott wirkt und angewandt werden soll. Ich hoffe schon bald das zu
finden, daß ihrer Errand unter Menschen, was Wohlstand und Frieden
sein soll, und so sie hier auf Erden sind, so sie durch Gott
wollen, so sie Gott zu dienen und zu bewirken.

Betrachtungen

I. Einleitung. 1. Einleitung.

Gf 4264.8

ULB Halle

002 160 943

3




sb

4018

n. C.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

TIONEM
ANNIANAM

VI DECEMBER.

ANTEMERIDIANA

HABITURUS

SIMUM ET GRAUSSIMUM

LURIMUM VENERANDUM,

AS CLARISSIMOS

AC

MNASII FAUTORES

NTISSIME INVITAT

D. WILH. RUDOLPH

YMN. DIR.

t. X VI I.

TYPIS FRANKII.

20
21